

Martino postea iniuste ablatum Ekberto⁹⁾ reddidimus, nunc et in eternum Egberto⁹⁾ iustissime ablatum sanctoque Martino Traiectensi redditum Conrado Traiectensi episcopo suisque successoribus episcopis perpetualiter tradidimus ea ratione, ut nullus successorum nostrorum regum vel imperatorum nec nostra ipsissima persona, eciam si velimus, nullo modo Traiectensi ecclesie umquam auferre possimus. Cuius rei testem hanc kartam^{hh)} scribi iussimus, quam, ut infra videtur, manu propria corroboratam nostrique sigilli impressione insignitam omnium seculorum noticie reliquimus.

Signum domini Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti.

Heremannusⁱⁱ⁾ cancellarius vice archicancellarii recognovi.

10 Data est autem kal. febr.^{kk)} anno dominice incarnationis M. LXXXIX., indictione XII., anno ordinacionis domini Henrici xxxv., imperii quidem .vi.; actum Ratispone; in dei nomine feliciter amen.

162.

Kaiser Heinrich IV. bestätigt das vom Grafen Ludwig und seiner Gemahlin Adelheid gestiftete
15 *Kloster Reinhardtsbrunn.* **Mainz, 108[9] Aug. 9.**

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha. QQ I. g. 3.

Gedr.: Gudenus, Cod. dipl. Mog. 2,601. — Schannat, Vind. litt. 106. — Thw. sacra 55. Wegen der Literatur vergl. Schultes, Dir. dipl. 1,208. Stumpf 2898.

20 *Ann.: Die Urkunde ist gefälscht. Sie zeigt dieselbe Hand wie QQ I. g. 15 (Stumpf 3096). Hinter der Rekognitionszeile findet sich ein in der königlichen Kanzlei ungebrauchliches Zeichen, ähnlich dem Signum Bene valete, mit den Buchstaben T P E. In dorso: Henrici tercii imperatoris (Saec. XII). Von anderer Hand: suplib'tate ecclie . . . abbis et advocati.*

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.: | Omnibus tam praesents^{a)} quam futuri temporis fidelibus notum esse volumus, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est in confinio Loibae silvae Reginherisbrunno nuncupatum, in honore sanctae dei genitricis et virginis | Mariae sanctique Iohannis^{b)} ewangelistae constructum honorifice a Hludovvico religioso comite eiusque coniuge Adelheida primum ob spem et praemium^{a)} vitae aeternae, ob remissionem omnium peccatorum, ob salutem corporum | et sempiternam requiem animarum, ob memoriam cottidianam sui suorumque omnium, regum quoque et episcoporum, principum et omnium eiusdem loci statum et honorem diligentium et defendentium cunctorumque Christi fidelium, et, ut cunctis Christi pauperibus beneficium illic semper pro posse patefiat, receptaculum. Igitur ex propriis praediorum^{a)} impensis idem monasterium centum quinquaginta mansis inde circumquaque adiacentibus cum mancipiis utriusque sexus quampluribus dotando ditavit, praenominata^{a)} coniuge ipsius filiis et filiabus in hoc sibi omnino consentaneis et, ne umquam a posteris suis dei servitium deinceps illic destrui possit, constituit eandem cellam cum omnibus suis pertinentiis non subdi, nec subesse iugo alicuius terrene personae vel potestatis, sed liberam ab omnibus sancte

161. hh) cartam B. ii) hermannus B. kk) kl febr A.

40 162. a) p b) IOHannis.